Fragmentarium

respondit: nisi indicto ieiunio omnes in c[...]
mune dominum precarentur. ut ille digna[...]
bere posset. Et hoc ita pacto instructus r[e]
latione ac sancti spiritus gratia debriatus: omnes he[re]
ticorum tenebras patefacta subito ueritati[s]
luce dispulit. In principio inquiens erat uerbu[m]
et uerbum erat apud deum: et deus erat uerbum.
Similemque initiis totum sui sermonis
cursum faciens: dominum nostrum ihesum christum
sicut uerum hominem uere ex homi
ne temporaliter factum: ita etiam uerum deum
uere ex deo patre eternaliter natum. ne[c]
cum patre et cum spiritu sancto semper existentem
clarissima assertione perlocutus. Immo
certa diuine ueritatis. et uere diuinitati[s]
quantum aliti mortalium nulli licuit ar
chana reserauit. Et hoc uirginitatis priuile
gium recte seruabatur. ut ad scrutanda
uerbi incorruptibilis sacramenta. incorrupt[us]
ipse non solum corde: sed et corpore perueniret.
De cuius dictorum ueritate quam sit nemini
ambigendum: ipse quoque curauit ostendere.
Et cum dixisset. hic est discipulus qui testimo
nium perhibet de his. et scripsit hec: com[...]

Bede presbiteri de .e. lectione.

De morte preciosa martirum christi
innocentium sacra nobis est
fratres karissimi euangelii lectio re
citata: in qua tamen omnium christi
martirum preciosa est mors designata.
Quod enim paruuli occisi sunt: significat
per humilitatis meritum ad martiru[m]
perueniendum gloriam. Et quia nisi conuersus fu
erit quis. et effectus ut paruulus: non possit
animam dare pro christo. Quod in bethleem et in
omnibus finibus eius occisi sunt: ostendit non
solum in iudea unde ecclesie cepit origo:
sed et in eidem ecclesie finibus omnibus quacumque
per orbem diffusa est: persecutionem perfidorum seuituram
et piorum patientiam esse coronandam. Quod
bimi occisi sunt: doctrina et operatione perfec
tos indicant. Quod uero infra: simplices uel
idiotas. fidei tamen non fide constantia fortes
eque denuntiat. Quod illi quidem occisi sunt.
sed christus qui querebatur uiuens euasit: in
sinuat corpora quidem martirum ab im
piis posse perimi: sed christum pro quo persecutio
tota seuit. nullatenus eis. uel uiuentibus. uel oc

F/35

License: cc-by-nc – Exeter, Exeter Cathedral Library, F/35, verso – Bede, Homeliarium evangelii libri II (https://fragmentarium.ms/view/page/F-0h3y/4152/43348)